



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita, Et Gestis S. Francisci Xaverii È Societate Iesv
Indiarvm Apostoli Libri Qvatvor**

Bartoli, Daniello

Lvgdvni, 1666

39. Corpus Xau. corrupt. expers perseuerat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10854

aspectui omnium indultum triduo patuit, Sacrum interea maioribus ritibus, de S. Cruce solenni cantu fecere Canonicis die proximo de Beatissima virginie Patres Franciscani, quos sanctus vnicè viuens dilexerat; explataque hoc modo publica pietate, nocte dominicum subsequenti, editiori loco positum est ad Euangelium maioris altaris.

Inde aliquanto post in Sacrarium translatum, dum instauratur templo magnificè, candem quam à principio immunitatem à corruptione exhibuit, & perennante hodieque miraculo exhibet. De quo idem tideum à Præsulibus Goanis, & Archiatris regiis confectæ sunt probationes iuridicæ, donec adscriberetur inter Sanctos publicis honoribus colendus. Quanquam hæc putredinis expers integritas, summam non habet mirabilitatis, quam habet mollitudo, & tractabilitas carnium succi plena, & tactui cedens, ut solet in viuis corporibus; idque post trimestrem in via & edaci calce, iteratamque in mida, & humida fossa mensum quinque sepulturam; ad hæc quæ peccatore ac ventre clauduntur viscera, teneritatis vnde & quasi recentis, ut studiosius explorans Ambrosius Ribeira Goanus Vicarius ipsemet comperit, anno à Xauerij obitu iam quarto, cum in vulnus impressum sinistro lateri dum irreuerenter Malacæ humaretur, inseruit digitum, per se ipse periclitatus, quod fides communis sanciebat; sanguis etiam, & aqua retractum ab eo digitum, eodem ex vulnere secuta tinxere; quod idem vni ex nostris fratribus eadem tentanti contigit. Collo item exsudans subiectum capiti puluillum sanguis viuidus, & florens tinxit, dum in loculum breuiorem compresso in humeros capite vi coarctaretur. Alias denique populo flagitante, cum nudis pedibus conspectui omnium permisum fuisset, ac religiosis venerantium oculis coleretur; mulier digitum pedis morsu pro osculo libauit, decerpitusque ex eo frustillum, quod afferuandum in sacras reliquias diu desiderarat; sed fluens continuo ex morsu cruentum pietatem eius improuidam detexit; quod extrema, summeque diffusa in parte corporis, tam pridem vita, & calore cassi, planè non potuit, nisi miraculi perpetuitate euocire, quo carnes illius non intactæ modo, & suaveolentes, sed suis quoque humoribus fluidis perinde ac viuerent molles, & tenera seruabantur. Iam color nativus, & oris linea menta beato corpori usque adeò ipsa, & eadem mansere ut Franciscus Diaz Caruallius, ad eius aspectum emperit, exclamaritque ter eum viuere, et si dudum antea illum nosset, & quadriennium ab eius morte tunc abisset.

Talem Deus Xauerium coniuncto prodigio conservauit, seruatque nunc etiam secularem post annum centesimum, nisi quod resciſſo ad cubitum minutus est brachio, Claudio Aquauia Societatis Præposito, cui visum decreto India particulam illam Xauerij Romæ, primario Societatis templo redderet, à quo totum olim accepisset. Sed hanc speciem religiosæ venerationis, minus Deo, & Sancto placuisse conjecturam euenta præbueret, ut quæ Toti adeo excellenti Partem sui admireret, ac si minus illud corrumpebat, non tamen integrum esse vellet. Goæ nihil-

39

Corpus Xau.
corrupt. ex-
pers. perseue-
rat.

40

Xau. brachium
dum Romam
desertur, na-
vium à piratis
tinctur.